



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri E Societate Jesu Qvadraginta  
Sermones**

**Segneri, Paolo**

**Dilingae, 1693**

Privilegium Et Facultas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52496)



PRIVILEGIUM ET FACULTAS.

*Adm. R. P. Præpositi Provincialis Soc. JESU  
per Provinciam superioris Germaniæ.*

CUM Sacræ Cæsareæ Majestatis rescripto, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis, quamcunque librariam negotiationem exercentibus seriò, firmitèrque inhibeatur, ne quisquam libros à Societatis JESU Patribus editos, vel impostèrum edendos, intra S. R. Imperii, Regnorum & Dominiorum suæ Cæsareæ Majestatis hæreditariorum fines, simili vel alio characteris genere, aut formâ sive in toto, sive in parte recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi jam impressos adducere, vendere, & distrahere, clàm seu palàm, citra consensum ac testimonium supra dictorum Patrum audeat vel præsumat; Ideo Ego Benedictus Painter Societatis JESU per superiorem Germaniam Præpositus Provincialis, juxta potestatem mihi ab Adm. Reverendo Patre nostro Joanne Paulo Oliva, ejusdem Societatis JESU Præposito Generali factam, Domino Joanni Casparo Bencard, Typographiæ Dilinganæ Possessori, & Bibliopolæ Academicæ, ejusque Hæredibus seu Successoribus, omnes prædictæ Typographiæ hætenus concessas, & usurpatas facultates concedo, libros à Patribus nostræ Societatis conscriptos, singulariter

R. P. Ernici Pirhing S. J. Commentarium in quinque Libros Decretalium. &c. &c. &c.

Cæterósque omnes tam Scholasticos, quàm non Scholasticos antehac Dilingæ, cum simili Cæsareo Privilegio editos, & in futurum scribendos, cum Consensu Societatis JESU recudendi, vel de novo edendi, liberam potestatem facio. Eidemque & ipsius hæredibus Privilegium Cæsareum Societati nostræ concessum, eateenus indulgeo, ut Societate, & ipso invito, nemo supradictos libros recudere, nemo intra Sacri Romani Imperii fines; & hæredi-

)))( 2

tarias

## PRIVILEGIUM ET FACULTAS.

varias Sacræ Cæsareæ Majestatis Provincias importare, aut venum exponere audeat.

Et quia ex prædictis libris jam antea editis, aliquos sine licentia Societatis JESU, in grave nominatæ Typographiæ, & prædicti D. Joannis Caspari Bencard præjudicium, & detrimentum, nonnulli recudere præsumperunt; Eidem D. Joanni Casparo Bencard de damnis illatis quærenti omnia hujus Generis Privilegiis hæctenus illi Typographiæ competentia, & à prædecessore meo in ipsum collata, tribuo & confirmo: Ut iisdem omni meliore modo, contra ante dictos, & quoscunque alios illius Cæsarei Privilegii Violatores utatur, & indemnitati suæ consulat, in librorum ante memoratorum, aliorumque cum supra posito Societatis JESU consensu Dilingæ impressorum, ac imprimendorum distractione. In quorum omnium fidem, ac testimonium, has meâ manu subscripsi, ac Sigillo mei officii communivi, Dilingæ 22. Junii, Anno 1676.

BENEDICTVS PAINTER, S. J.

THEMA-